

XXV. Reversus e Graeciā Neapolim, [**quod** in eā primum artem **protulerat**], albis equis **introiit** <disiectā parte muri>, [**ut** mos hieronicarum¹ **est**] ;/ simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam ;/ sed et Romam eo curru, [**quo** Augustus olim **triumphaverat**], et in veste purpureā distinctāque stellis aureis chlamyde, coronamque capite gerens

5 Olympiacam, dextrā manu Pythiam², <praeunte pompā ceterarum cum titulis>, [**ubi** et **quos** cantionum **quove** fabularum argumento **vicisset**], <sequentibus currum ovantium ritu plausoribus, [« Augustianos militesque se³ triumphi ejus »] clamitantibus>./ Dehinc <diruto Circi Maximi arcu> per Velabrum Forumque Palatium et Apollinem⁴ **petit**./

Incedenti passim victimae **caesae**⁵ <sparso per vias identidem croco⁶> **ingestaeque**⁵ aves

10 ac lemnisci et bellaria./ Sacras coronas in cubiculis circum lectos **posuit**, item statuas suas citharoedico habitu, [**quā** notā⁷ etiam nummum **percussit**].

1 Nom transposé du grec ἱερονίκης : vainqueur aux jeux sacrés. Cette destruction des murailles avait une valeur symbolique : elle signifiait que dès lors que la cité avait donné naissance à un tel héros, la valeur de celui-ci suffisait à la protéger.

2 La couronne gagnée aux jeux pythiques à Delphes.

3 [esse].

4 Le temple d'Apollon sur le mont Palatin.

5 [sunt].

6 Il était d'usage, depuis le Ier siècle avant JC et pendant toute l'époque impériale, de vaporiser des liquides parfumés au safran sur les spectateurs des théâtres pour les rafraîchir : Néron dans son triomphe recourt à cette pratique au luxe exorbitant.

7 à l'effigie duquel/de laquelle